









1719.

1. Alpinus, Sigismundus Thesaurus : De ingeniorum tardiorum  
pervitatu in locando.

Sententia in scripta

2. Tertius, Georgius Ritterus : ~~De etiopathia cines~~  
de reponita legi X V. Fall. D. 13. de impacto eto ex parte  
et Giroli Damnum explicata.

3. Tertius, Georgius Ritterus : Ac et quatuor cines  
at armis pro republica capienda cuius potest?  
in H. naturae illustrata

4<sup>o</sup> et 5<sup>o</sup> Eckebricht, Hieronymus : De potestate superiorum  
in mutuariis ultimis ratione latibus

5. Tertiarius, Jacobus W. Melius : Insultus lectorum  
philosophicorum, jux naturalis Socratis delineatus.

6<sup>o</sup> et 7<sup>o</sup> Hessebruch, Peter Kaurus : De problemate per  
hymnala genealogiae. 1. Sept. 1729 - 1750

7. Kressbruch, Kaurus : De fuita cypriani Vnu  
Ad hanc tractat. Leib.

8. Haeger, Iohanna Fabius : De irrevocabilitate obfusci  
post resolutionem ius concedentis.
9. Pellerus, Christianus Gottlieb : De interpretatione  
legum politica.
10. Perssonius, Philippus Wachsmuth : De jure nullius  
Transfertuum secundum statutum praeclarum
11. Ryher, Christianus Riedelius : De praecopio  
filiorum et filiarum . Nam Vetus der Sohn  
und Tochter 2 Suct.
12. Schwanerus, Christianus Grotius : De pris praedibus
13. Schwanerus, Christianus Grotius . Nachrirei analogie  
sive repetita quaesitum .
- 14 a, b c. Taffel, Christianus Gottlieb : De jure obfusci  
sive communis sive res universitatis .  
3 Exempl.





9  
Pr. 8. Part. 4.  
Q. D. B. V. 1710.2  
**SERVITVS**  
**IN SERVITVTE**

SIVE  
*DISPOSITIO LEGIS XV. s. VLT. DIG.*  
*DE VSVFRVCTV ETC.*

EX JVRE CIVILI ROMANO EXPLICATA

ET  
**MAGNIFICI**  
**JCTORVM ORDINIS**  
CONSENSV

**PRO LICENTIA**  
SVMMOS IN VTROQVE JVRE  
HONORES

IMPETRANDI  
*PUBLICAE DISQVISITIONI*  
*SVBMISSA*

D. XX. JVNII. A. O. R. MDCCXIX.



**M. GEORGIO FRIEDERICO**  
**DEINLINO**

ALTORE.

---

LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.

SE R A I T A  
IN SERVITIA

3392

SUPPOSITIO IEGORI IN SILENTIO  
DE ANABOLICO HOMOLOGATE  
ET TYPICIS MUNIBUS HOMOLOGATE

MAGNIFICI  
COTYRUM OGDIA

PROLOGUM

SUMMOS IN VARIO

HONORES

IMMORTALITATIS

IMPERIAE DIVINITATIS

W. GEORGII LUDWIGI

DEINHO

ETIOL

ETIOL



## BENEVOLE LECTOR!



Rgumentum , quod præsens Dissertatio Inauguralis exhibet , solam Juris prudentiam Romanam pro fundamento habet. Illud , quod Germanici Juris Et Præxeos est , admiscere notuimus , cum quævis confusio hec tedium et revera mater sit omnium in Jure nostro difficultatum. Distingue tempora , distingue jura , Et concordabit Scriptura. De cetero , si in ipsa lectione Tibi B. L. quad priores Quatuor Theses , forsan justo prolixiores videamus , scito , studio istud a nobis factum fuisse ; partim , ut deinde ipsum Textum ex præsuppositis jam , et antea demonstratis majori facilitate exponere : partim , ut famosas istas , et ad nostrum institutum apprime facientes Quæstiones Jur. Rom. An fructuarius partem accipiat dominii ? Et : An meliorem reddere queat fundum ? tangere possemus. Lege , judica , cense , et , si nos in quibusdam lapsos esse deprehenderis , humanae imbecillitati ignoscere .

## Thesis 1.

Uſuſructus  
deſcribitur,

**U**SUFRUCTUS, ratione Uſuſructuarii a), est b) jus c) alienis d) rebus utendi fru-  
endī e), ſalva rerum ſubſtantia f): ra-  
tione Proprietarii, eſt ſervitus perſona-  
lis g) qua reſ noſtra alteri h) ad utendum fru-  
endum ſervit, manente apud noſ ejusdem rei pro-  
prietate.

Duplex eſus  
reſpectu.

a) Dupli respectu neceſſario conſiderandus eſt uſuſructus, dum dupli-  
cēti relationem illum habere obſervamus: Vel enim  
ad fructuarium, cujus jus conſtituto uſuſructu augetur: vel ad  
proprietarium, intuitu cujus non jus eſt uſuſructus, ſed potius  
diminutio juris, hoc eſt, ſervitus. L. 5. §. 9. D. de nov. op. nunc. Du-  
plex igitur reſpectus, dupli-  
cētum requiri definitionem. Schilteſ, Ex-  
er-  
cit. ad Pand. XVII. th. I.

An Pauli defini-  
tio ſit adequa-  
ta?

b) Quemadmodum a Paulo definitur in L. 1. D. de Uſuſr. & quem-  
dum dupli-  
cēti relationem illum habere obſervamus: Vel enim  
ad fructuarium, cujus jus conſtituto uſuſructu augetur: vel ad  
proprietarium, intuitu cujus non jus eſt uſuſructus, ſed potius  
diminutio juris, hoc eſt, ſervitus. L. 5. §. 9. D. de nov. op. nunc. Du-  
plex igitur reſpectus, dupli-  
cētum requiri definitionem. Schilteſ, Ex-  
er-  
cit. ad Pand. XVII. th. I.

Uſuſr. in Jure  
conſiſtit.

c) In Jure conſiſtit, L. 1. §. 1. D. de R. D. & ſic a fructibus diſtin-  
guitur. Dicitur etiam facultas uſuſructario confeſſa; it. facultatis  
uſuſructuarii jus, in L. 62. §. 1. D. de Uſuſr.

Origo diſſinſt.  
Uſuſr. in Cauſa-  
lem ſormalem.

d) Vocabulum hoc, accedente imprimis L. 126. §. 1. D. de V. O.  
ansam dedit famoſa diſtinctio uſuſructus in Cauſalem &  
For-  
malem. vid. Stryckii Uſuſr. Mod. Tit. de Uſuſr. §. 1.

Quid ſit uſuſrui?

e) Et ſic diſſert a reliquo ſpeciebus ſervitutum perſonalium, quip-  
pe qui latius omnibus patet; quod iſpum fruitioſi vocabulum  
indi-

indicat; Sic Seneca de *Vita Beata* cap. X. *Tu voluptatem completeris;*  
inquit, *ego compescō: Tu voluptate frueris; ego utor.*

f) His verbis non solum exprimitur, qualis debeat esse natura *Quid utifruī sal-*  
*rei*, cui hoc jus fructuarium inhāreat, scil. talis, cuius substantia *va substantia?*  
utendo non consumitur, secundum interpretationem Theophili,  
quam vid. ap. Huberum in *Prælect. ad Inst. Tit. de Usufr. n. 5.* Verum  
etiam iisdem verbis fructuarii officium inculcatur, ne forsan  
rem corrumpat, aliamve in formam transmutet; de quo mox di-  
cemos plura.

g) *Servire* in genere nihil aliud denotat, quam alienam utilita- *Quotuplex in Ju-*  
tem commoditatemve promovere. In Jure hoc fit triplici impri- *re servitus.*  
mis modo; *vel* enim persona servit, talisque servitus peculiarem  
statum tribuit. *L. 4. D. de statu hom.* quæ species autem prorsus huc  
non pertinet; *vel* res rei servit, servitusque *realis* s. prædialis dici-  
tur, suaque natura perpetua est, licet per mille manus ambulet;  
de qua infra. *Vel* denique res personæ servit & hinc *personalis* ap-  
pellatur, de qua specie heic sermo est.

b) Quo vocabulo etiam indicatur, effectus durationis; persona *Serv. pers. quo-*  
enim quod datur specialiter, cum persona etiam ut *extinguatur usque durent.*  
necessē est; add. *qua inf. not. tb. III. lit. d.*

### Theſ. II.

Separato ita *Uſufructu a Proprietate, Uſufru-* *An fructarius*  
*ctarius omnino partem dominii pleni assequi-* *partem dominii*  
*tur, licet Proprietarius totius rei dominus recte* *consequatur?*  
dicatur a).

a) Quemadmodum quodvis Totum sub certis suis partibus, ex *Uſufructus pars*  
quibus constat, conspicitur; ita quoque dominium plenum merito *est dominii pleni;*  
consideratur ut totum quoddam certis partibus compositum. *Quo-*  
*tiescunque igitur aliqua pars ab hoc toto decedit, licet etiam mi-*  
*nima sit, toties abesse partem integrantem, ac dominium non*  
*amplius plenum sed minus plenum apparere, quilibet facile no-*

biscum consentiet. Applicantur hæc; Ususfructus & proprietas in conjunctione & unitione constituant dominium plenum; separato uno ab altero, dominium plenum amittit partem integrantem; ergo Usufructarius, constituto usufructu, partem dominii pleni affequitur. Et sic hæc stare possunt. Si enim simpliciter dominii partem esse usumfructum afferuissimus, presto nobis reclamaret Lex 25. pr. D. de V. S. ubi Paulus ait: *Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cum usufructus alienus est, quia usufructus non dominii sed servitutis pars sit; nec falso dici, totum meum esse, cuius non potest ultra pars dici alterius esse.* Quæ sententia Pauli subtilitati juris Romani maximopere convenit; quod ita explicamus: Romani nulli unquam facultatem Rem tanquam suam vindicandi concessere nisi ipsis rerum dominis. Hi soli erant quibus formula ita rei vindicationis, *Ego hanc rem meam esse ajo*, proprie competitabat. Qui-cunque igitur substantiam dicere non poterat suam, illi etiam permissionem non erat, vel ipsam rem, vel quicquid rei inest juris, vindicandi; Ratio erat, quia Rei vindicatio effectus erat dominii. De hoc dominio, de quo facultas rem vindicandi pendet, ne ullam quicquid particulam accipiebat Usufructarius, secundum artem Juris Romani, sed tantum jus quoddam & emolumenatum, neutiquam partem fundi, consequenter nullam partem dominii substantialem, ut quid suum dicere possit. Talem sensum esse L. cit. 25. innumeræ testantur dispositiones; v. g. Legis 66. §. 6. D. de Legat. II. L. 70. §. 2. D. de fidejuss. imprimis vero hoc spectat notabilis Lex 12. §. 5. D. de Usufr. qua statuitur, si fur fructus decerpserit in re fructuaria, licer ad fructuarium fructus pertinuerint, eum tamen neutiquam posse experiri contra furem condicione furiiva, sed solum proprietarium; cur? ob ante adductam Romanorum rationem, quia fructuario non intelliguntur acquiri fructus, nisi actualiter ab ipso percepti & a corpore separati sint: Alias censentur rei inhereres; res ad proprietarium tota spectat; rem autem, & quod ei coha-ret, nemo potest condicione persequi, nisi sit soli dominus, L. I. §. 11. D. de Cond. furt. add L. 43. in fin. D. de furt. Conf. Schilter Exerc. ad P. XVII. tb. 39. 40. § seqq. pra ceteris vero Celeberrimus Ictus Belg. Gerardus Noodt in Tr. de Usufructu L. I. cap. 3. pag. Opp. 534. sequi. Ex quibus dictis patet, constituto usufructu, fructuarium qui-cumen non accipere partem illius dominii, quod veluti causa erat ac funda-

*Non vero domini Rei vindicationem tribuentis,*

*Quod Textibus declaratur.*

fundamentum Rei Vindicationis ap. Romanos ; bene tamen dominii pleni. Hinc etiam factum ut non raro fructuarius in LL. dominus appelletur, L. 22. pr. D. de aqu. & aqu. pl. sic Ulpianus, quamvis in modo cit. leg. 43. in fin. Dixit furtis, dominum eum esse, negarit, attamen in L. 8. pr. D. de reb. aut. jud. expresso scribit : *Appellatione domini usufructuarii etiam contineri.* Paulus, qui autor est legis 25. de V. S. nihilominus in L. 4. D. de Usufr. *Ususfructus in multis casibus, inquit, pars dominii est.* Si in multis casibus, quares forsitan, in quibus? Explicant hos Godofredus in not. ad d. L. 4. & Noodt in laud. Tr. de Usufructu L. I. cap. 2. p. 528. Nempe in Legatis stipulationibus, aliisque contractibus, imprimis vero in Legatis; ibi enim v. c. fundo simpliciter legato, licet alii ejusdem fundi ususfructus legatus sit, haberet ille quidem totius fundi proprietatem, sed partem cum usufructu, partem sine usufructu. L. 6. D. de Usufr. earum rer. L. 19. D. de Us. & Usufr. leg. nam testator exercitatus liberalitatem erga legatarium, non videtur voluisse ad eum venire inane fundi nomen, absque utilitate ejus naturali: Et in hoc articulo perinde habendum esse usumfructum, Papinianus putat in L. 76. §. 2. D. de Leg. II. ac si esset dominii portio, licet alias non sit, v. g. in judicis divisoriis, quod testatur L. 16. §. 1. D. Fam. ercisc. add. L. 6. §. 1. D. de Usufr. Tantum de quaestione: *An ususfructus sit pars dominii?* Ceterum certo nobis persuaderimus, tota difficultas heic non opus fore, dummodo distinctio dominii, in directum & utile, Romana esset inventio; Tunc enim statim dicere mus: usumfructum esse partem dominii non directi (quod meram proprietatem sapit) sed utilis, sub quo ille, tanquam species sub suo genere commodissime stare posset; sed cum haec distinctio mera inventio sit Germanica, quemadmodum id demonstravit Ill. Gundlingius in diff. vom Ursprung des Worts Dominium Directum, quæ ll. est in Gundlingian. P. XII. p. 156. iniquum sane imo ridiculum foret Germanica ita Romanis miscere, horumque subtilitates illorum simplicitate explicare. Conf. Schilter. cit. Exerc. th. 19. & 20. Ill. Thomasius in Not. ad Inst. Tit. de Usufr. p. 157. & ad Dig. eod. p. 113.

*Fructuarius se-  
plus in LL, domi-  
nus appellatur.*

*Sensus L. 4. D.  
de usufr.*

*De distinctione  
dominii in di-  
rectum & utile.*

### Thef. III.

## Thes. III.

Mutua est pro-  
prietarii &  
usufructuarii  
obligatio.

Divisio hæc dominii pleni inter Usufructua-  
rium & Proprietarium efficit , ut neque ille a)  
quid mutare b) , vel aliter quam boni viri arbit-  
ratu utifrui ; neque hic illum in utendo fruen-  
do impedire c) debeat , durante hac divisione . d)

*Ad quid obliga-  
tur in specie  
usufr.*

*Alliquals muta-  
tio non atten-  
datur.*

*Ad quid in spe-  
cie proprietarius  
obligatur.*

a) Mutuam esse usufructuarii & proprietarii obligationem , per se patet ; & colligitur idem quoque ex L. 13. pr. D. de Usufr. Quod ad illum scil. usufructuarium atinet , hujus præcipua puncta obligationis in verbis satisfactionis , quam proprietario præstat , continentur : Se quemadmodum bonus paterfamilias , sive boni viri arbitratu usurum fruituram , L. 1. pr. D. Usufr. quemadm. cav. Hinc observatur , quod Leges , quotiescumque ejus conditionem vel restringunt , vel extendunt , semper fere ad hanc respexerint ratio- nem eandemque adhibuerint : *Quia utifrui debet boni viri arbitratu , vel sicuti bonus paterfamilias* ; vid. L. 9. §. 2. L. 13. pr. §. 8. D. de Usufr. aliæque complures.

b) Conf. Thes. I. lit. f. sup. Illa tamen mutatio , sine qua usu-  
fructus concipi non potest , in hoc negotio non attenditur ; adeo-  
que si res utendo fruendo teratur , consequenter aliquam mutatio-  
nem patiatur , nondum limites boni patrisfamilias præterisse cen-  
sendum est usufructarius : Nam dominus ipsi copiam faciens re-  
sua utendi fruendi , procul dubio facit ei simul facultatem rei te-  
rendæ eousque , quo res per usumfructum attritioni obnoxia est.

c) L. 15. §. 6. D. de Usufr. Non solum autem non impedi-  
re , sed & omnia removere incommoda ad liberum usufructus exerci-  
tium , L. 19. §. 1. eod. & illa præbere ac concedere adminicula ,  
sine quibus negotium usufructus peragi non potest , ratione & ar-  
gumento L. 2. D. de Jurisdictione . L. 3. §. ult. D. de servit. præd. rust.  
imo claris verbis id exprimit Vlpianus in L. 1. §. 1. D. si usufr. pet.  
usufructus legatus adminiculis eget , sine quibus utifrui quis non potest ,  
& ideo si usufructus legetur , necesse est tamen , ut sequatur eum aditus :  
usque

*inque adeo, ut, si quis usumfructum loci leget ita, ne haeres cogatur viam prestatre, inutiliter hoc adjectum videatur. Item si, usufructu legato, iter ademtum sit, inutilis est ademtio, quia semper sequitur usumfructum. Hæc autem de necessariis administris intelligenda sunt, de commoditatibus noviter concedendis, disponit §. 4. ej. leg. conf. Noodt cit. Tr. L. I. c. VIII. per tot. §. ej. lib. c. III. p. 532.*

d) Hoc est eosque, donec haec partes dominii pleni, res *Usumfructus na-*  
*scil. & rei emolumenitum, rursus conjungantur & uniantur, quæ turba sua non posse*  
*conjunctio deinde liberam domino concedit facultatem de rebus est esse eternus.*  
*suis disponendi. Singulare autem hoc est in hac divisione præ aliis*  
*domini pleni divisionibus, quod durare non possit, sed natura*  
*ejus postulet, ut necessario expirare debeat, ratio est in L. 3. §. 2.*  
*D. de usuf. ne in universum inutiles essent proprietates, placuit (imo*  
*justitia naturali convenit) certis modis extingui usumfructum & ad*  
*proprietatem reverti. Finge vero alias divisiones, quibus dominium*  
*plenum inter plures est distributum, v. g. si plures unius rei*  
*æquales domini sint; si universitas pluribus sit relicta, &c. & in-*  
*venies, ejusmodi dominia sua natura in æternum durare posse; ratio*  
*est, quia sectio harum partium ita comparata est, ut in quavis parte,*  
*particula sit substantia & particula emolumenti: Ibi vero totum*  
*emolumenitum a tota substantia (qua, si nuda permaneret non sol-*  
*lum prorsus inutilis, sed & maxime onerosa esset) separatum est;*  
*adeoque natura sua durare hac divisio non potest. Ad obiectio-*  
*nies desumptas a Germanorum usufructu, dominioque utili pro se*  
*& haeredibus concessa, nec ad proprietatem regulariter unquam*  
*revertente, jam responderunt Schilter Ex. XVII. & Stryck, in Us. mod.*  
*ad Tit. de Usumfruct. §. IV.*

#### Thef. IV.

In genere uterque a) & Proprietarius b) & Vusufructuarius c) abstinere debent invicem ab iis negotiis, quibus alterius conditio deterior redderetur d).

B

a) Quid

Ad quid in ge-  
nere uterque  
obligetur.

*Regula: ne alterius conditio deterior fiat.*

a) Quid officii cuivis in specie incumbat, antecedenti Thesis breviter tetigimus. In genere autem hanc locutionem: *Ne alterius conditio deterior fiat*: de utroque & fructuario & proprietario prædicari, passim in Textibus Tit. Tit. de Usufr. reprehendimus. Sic v. c. Fructarius conditionem proprietarii deteriorem reddere prohibetur in L. 13. §. 4. D. de Usufructu. Isdem verbis etiam proprietario id interdicitur in L. 17. §. 1. & L. 16. eod. Et negandum non est, hanc regulam, utriusque applicatam, admodum exacte exquirere omnes mutui illorum officii partes, quod & sequentia demonstrabunt.

*Curandum, ut maneat hic ususfructus,*

b) Toties conditionem usufructuarii deteriorem reddidisse dicitur proprietarius, quoties aliquid substantiae vel addit, vel detrahit, quo facto deinde non amplius sit *hic ususfructus*, secundum intentionem concedentis (ad quam maxime respicendum) sed alius fieret. arg. L. 10. §. 1. & §. 8. D. Quib. mod. us. amitt. subtilissime de hac re differit laud. Noodt L. II. cap. XI. p. 628. seq. quem vid. Quid si contra fiat a proprietario, deteriorque conditio usufructuarii reddita, huic complures & pro re nata diversas contra illum experiundi actiones dedere leges; quo pertinent L. 6. D. Qu. mod. us. amitt. L. 5. in fin. eod. L. 18. §. 2. D. de dolo malo. L. 16. §. 1. D. quod vi aut clam. L. ult. D. uti poss. conf. Noodt. L. II. cap. XVI.

*Cur LL. magis de conditione Prop. quam ususfr. fuerint sollicita.*

c) Notabile tamen est, quod leges in materia de usufructu magis occupatae sint in describenda & restringenda conditione fructuarii, quam proprietarii. Non solum id patet ex inscriptione Tit. D. de Usufructu, ubi expresse adjectum; & quemadmodum quis utatur fruatur; quibus verbis jam indicatur & præmonetur, maximam Tituli partem absolvit in iis præceptis, quæ usufructuario injungenda sunt: Verum etiam ipsi texus hoc testantur, quorum vix unum deprehendes, qui non in eo esset, ut quid hujus officium si respectu conditionis proprietarii non deteriorandæ, diligentissime determinaret. Accedit & cautio, qua rursus proprietarii securitati propicitur, & cætera. Nec tamen mira est hæc Rom. LL. vigilancia; cum enim conditio fructuarii ita comparata sit, ut magis in actu consitiat, adeoque plus nocere possit hic proprietario, quam proprietarius illi; deinde quoque cum proprietarius de damno tantum vitando, fructarius vero de lucro captando certet; sane maxi-

maxime conveniens est æquitati, ut illi, quippe cuius conditio deteriorationi magis obnoxia est, succurratur.

d) In præcedenti Thesi vocabulo *mutationis* usi fuimus; sed *Questio: An mutationem in genere quævis mutatio non vergat in deteriorius, quæstio hic tatio in melius movenda est: An mutationem in melius non valeat?* Quod proprietarium attinget: hic, cum ipsi, per constitutum usumfructum, omne emolumen-  
tum rei eousque sit detractum, quoque hæc duratura est separatio, sanè adeo liberalis præsumendum non est, ut intra hoc tempus substantiam suam, in emolumen-  
tum alterius meliorem sit redditurus; hinc & leges quoque de hac re adeo sollicitæ non fure-  
re. In persona vero usufructuarii res aliter se habet, & quærendum est: An hic in melius mutare possit substantiam, conseq-  
uerter, an meliorem reddere possit conditionem proprietarii? Si fa-  
ciles esse velimus in affingendis Juri Romano antinomis, nullibi  
fere, ad illud efficiendum, commodior nobis concederetur locus,  
quam heic, ubi, si sola verba, prout ob oculos veniunt, intueri ve-  
limus, aliquam inter leges pugnam diffiteri vix possumus. Nam  
scuti in L. 13. §. 4. D. de Uſufri. Ulpianus scribit: *Fructuarium pro-  
prietatis causam deteriorem facere non debere, meliorem reddere posse;*  
ita Idem rursus hoc negare videtur in L. 7. in fin. & in L. 8. eod.  
dum exprefſe ait: adeo fructuario interdictam esse mutationem,  
*ut neque inutile quid detrahere possit, quamvis melius sit repositurus.*  
Eundem in modum Neratius in L. 44. eod. Tametsi, inquit, *melio-  
rem domini causam facturus esset* (scil. fructuarius) excolendo adiicio,  
non tamen id jure suo facere potest, &c. add. L. 13. §. 7. L. 61. eod.  
Nec multum abfuit, quin magni nominis JCti Brunnemannus &  
Stryckius per harum legum dissonantiam confusi, eo deducerentur,  
ut pro inanibus tricis talem disputationem reputarint, disposi-  
tionemque Legis cit. 44. communibus juris & æqui regulis adver-  
ſari crediderint, cum quis alterius, etiam ignorantis & inviti condi-  
tionem meliorem reddere possit L. 39. D. de Negot. Gesl. vid.  
Brunnemanni Comm. ad Dig. Tit. de Uſufri. ad L. 44. Stryck. Uſ. mod.  
eod. Tit. §. VI. Absit a nobis, ut, tantos Viros in hoc passu sen-  
sum textuum Romanorum non tetigisse, alicui persuadere con-  
temur: Saltem id inficias ire non possumus, superesse adhuc viam, *que tamen  
qua hæ leges ita commode inter se conciliari queunt, ut neque anti-  
conciliari possunt.*

¶ 12. ¶

antinomias statuere, nec Romanæ Jurisprudentiæ inanes tricas vel plane iniquitates affingere necesse sit. In genere enim monendum est, meliorationis conceptum esse aliquo modo relativum ad conditionem illius, qui rem meliorare intendit. Sic alium meliorationis conceptum habet rusticus, cui stabula, sterquilinia, &c. magis placebunt quam ornatissima umbracula; alium rursum sibi format mercator, & sic porro. Ponamus igitur fructuarium multo inferioris conditionis esse proprietario, consequenter ejus vita genus simplex, solam frugalitatem intendere, proprietario vero splendorem magis placere, magnificentiamque. Ille, qui in meliorando utilitatem ac necessitatem pro objecto habet, sane illum fundum, in quo viridaria aliaque ad delectationem voluptatemque inservientia inveniet, facile mutabit ac evertet; & in horum locum herbaria, agros frugiferos, aliaque sua necessitatibus magis accommodatoria substituet; Nec aliter quam bene, secundum sua principia, ageret, quippe talem fundum pro sua conditione omnino meliorum reddiderit. Quis vero non videt, eodem actu fundum detriorem factum fuisse, partim secundum judicium & conditionem proprietarii, partim etiam secundum intentionem illius, qui usumfructum constituit; ad quæ duo tamen maximopere respiciendum, antecedenter litt. b) c) monuimus. Hæc absque omni dubio ratio est illarum legum, quæ fructuario etiam meliorationem in re fructuario suscipiendam denegant. Observavit hoc, satisque erudite declaravit Noodt L. I. cap. V. p. 543. cap. VI. p. 547. cap. XI. p. 503. imprimis vero Ej. lib. cap. III. p. 533. quæ verba heic apponi merentur: *Atqui licet fructuario, inquit, meliorem facere proprietatem?* L. 13. §. 4. D. de Usufr. Nemo negat: *Si servet modum domini, & ejus voluntate jus suum metiat, non si proprio agat arbitrio, neglecta proprietarii reverentia.* Siccine? quid tu vocas melius aut deterius? non enim id semper natura aut reditu, plerumque utentis judicio distinguitur pro cuiusque copia inopia, parsimonia luxuria, dignitate vilitate, aliisque causis, quas aut fortunæ, aut ingeniorum, aut seculi varietas & disciplina probet aut castiget; adeo quid præferet, est difficile dictu. Quoties enim fit, ut quod uni melius est, alteri deterius videatur; & quod huic utile est, illi inutile, qui etiam noxiuum intelligatur &c. Abfirmitur, ut dominii utilitas pendeat a libidine fructuarii. Cur enim sit ejus libera & infinita dispositio de re aliena invito domino: qui ei nihil prater usumfructum, id est

*Interpretatio  
Noodti*

id est, nil nisi fructum usū mixtum atque attemperatum, denique ad suum, non ad ejus modum indulgit? Sic palam Neratius L. 44. D. de Usufr. nec est alius sensus Nervae apud Ulpianum d. l. 13. §. 7. dicentis, Eum cui adiūcū usūfructus legatus sit, altius tollere non posse, quamvis lumina non obscurerentur, quia rectum magis turbatur. Sc. Melioratio igitur talis, quæ rei, primo; secundo, intentioni & conditioni proprietarii convenit, v. g. viridaria ornatiōra, agros cultiores reddere; fructuario nequitam prohibetur sec. L. 13. §. 4. D. de Usufr. Id tamen NB. non facere debet, sed potest: quæ verba, licet ab Interpretibus communiter negligantur, ad intellectum tamen maximo-pere facere deprehendimus; Nam latet in illis jus repetendi vel non repetendi sumtus impensus; quod enim invito veluti domino impensum, repeti non potest, arg. L. 25. D. de Neg. gesl. & L. fin. C. eod. adeoque si etiam fructarius meliorem reddiderit conditio-nem proprietarii absque hūjus voluntate & necessitate, repetitio sumtuum esset inanis, cur rationem dat Neratius L. 44. quia id (si meliorat usūfructarius) non facit jure suo; h. e. potest, sed non debet.

### Theſ. V.

Non solum autem in re & substantia, sed etiam in rebus incorporalibus & juribus a) neu-trius conditio deterior reddi debet: Quo per-tinet notabilis dispositio Legis XV. §. ult. Dig. de Usufructu.

a) Cum non nisi rarissime inveniantur talia prædia, quæ ita libera sunt, ut nulla proflus onera intuitu illorum alii vicino præ-dio sint ferenda, vel etiam ipsis ab alio prædio præstanda; hinc leges prospexere, ut in tali caſu salvam conservarent utri-usque & proprietarii & fructuarii conditionem. Supra jam ad th. III. lit. c). occasione L. 1. § 1. D. Si us. pet. obſervatum est, prop-rietarium teneri fructuario præbere ominus illa admīnīcula, ſine quibus liberum usūfructus exercitium peragi non potest, ut etiam

Transitus ad  
Textum funda-  
mentalem L. 15.  
§. fin. D. de  
Usufr.

B 3 ipſi

ipſi viam (adeoque servitutem aliquam realem) concedere debat, si aliis ad fundum usufructuarium aditus non pateret: Quod exemplum primam jam suppeditavit speciem servitutis in servitute prædialis, puta, in personali s. usufructu. Sed quia etiam ratione tertii cuiusdam, in prædio vel fundo usufructuario controversia oriri possunt de servitibus prædialibus vel acquirendis, vel imponendis vel amittendis, idque eo facilius, quo magis utriusque & proprietarii & fructuarii præjudicium sub hoc puncto verlatur; hiñc Ulpianus imprimis in adducta L. 15. §. ult. D. de Usufr. quicquid controversi circa hanc materiam occurrere possit, breviter tetigit & decidit. Quem textum nunc nos quasi in paraphasi aliqua ex antecedentibus (quaꝝ fundamenti loco substernere e re esse videbatur) explicabimus.

### Theſ. VI.

Verba Textus  
ex præmissis ex-  
plicantur.

Verba Textus hæc sunt: Sed nec servitu-  
tem a) imponere fundo potest proprietarius b).

Quid sit servitus  
prædialis.

a) Servitus in sensu eminentiori semper denotat servitutem prædialem s. realem; quemadmodum id ex Rubr. C. D. Tit. Tit. de Servit. patet. vid. §. 3. Inst. de Reb. corp. & incorporalibus. Huberus Prel. ad Inst. Tit. de Usufr. in pr. Et est ius in predio vicino constitutum ad alterius prædiū utilitatem. Quæ sola definitio (cum servitutum materia quoad generaliora cuique ignota non sit, omnibusque Commentatores in Tit. Tit. C. D. & Inst. de Servit. satisfacere queant) ad institutum nostrum sufficit, missis reliquis distinctionibus servitutum satis superque decantatis, v. g. in Urbanas & Rusticas; in Affirmativas & Negativas; in Continuas & Discontinuas &c. retentaque sola ista, quæ duo concernit prædia, quorum unum debet esse serviens, alterum dominans. Quæ distinc-  
tio heic locum invenit toties, quoties prædiū nostrum fructuarium vel serviens fit, vel dominans, mutato scilicet casu secundum verba textus fundamentalis.

Proprietarius  
servitutem im-  
ponere non  
potest.

b) Quæſtio est: An servitutem imponere possit Proprietarius fundo fructuario per se & absque consensu fructuarii? (nam an  
cum

15.

*cum consensu possit ; infra audiemus ) Negat hoc Vlpianus in nostra Lege ; & Triplex hujus prohibitionis ratio ex eo , quod antecedenter supposuimus , perenta est : I.) Servitutes omnes ratione predii servientis esse nihil aliud quam defectus liberae de rebus suis disponendi facultatis atque incommodum , dum alteri praedio commodum quoddam ex re nostra accedit , palam est . vid. supr. tb. I. lit. a) Quoties nobis quid decedit , alteri vero idem accedit , toties adeit alienatio . Alienare nemo potest , nisi qui plenum habet illius rei dominium , de qua quid alienandum est . Dominium plenum non habere proprietarium supra ad tb. II. monstratum est ; ergo nec servitutes eum imponere posse concludimus . II.) Mutua proprietarii & fructuarii obligatio de non deterioranda conditione alterius , imprimis vero proprietarii de non impediendo ususfructario , sed de promovenda potius illius commoditate (vid. tb. III. lit. c) ) denegar proprietario hoc ius imponendi servitatem , utpote per cuius impositionem admodum grave onus fructuarii conditio adjiceretur . Noodt L. I cap. XV. p. 570 . Proprietarius utrum fundi dominus sit , inquit , ac ius constitueret servitutis a jure dominii procedat , recteque possit fundum suum dicere , etiam cum alienus est ususfructus , L. 25. D. de V. S. non idcirco debet impedire fructuarium utentem , ne deteriorem efficiat ejus conditionem L. 15. §. 6. D. de Vf. fr. atque hoc aequum esse ultra omnes fatentur . III.) Accedit quod talis impositio servitutis a Proprietario facta , fieret contra intentionem constituentis , ad quam tamen strictissime respiciendum esse tb. IV. lit. b) notavimus . Sed manifestum est tali in casu corrumpi ita usumfructum , ut non amplius dici possit hic ususfructus sed alius , cum quilibet defectus statim inducat mutationem , L. 10. §. 8. D. Quibus mod. Vf. fr. amitt. Eo magis autem in hoc passu intentio constituentis incorrupta , salva atque immunita permanere debet ; quo certius est , primavam & frequentiorrem ususfructus constitutionem apud Romanos per testamenta & per modum legati factam , & postea demum ad constitutionem inter vivos hoc negotium extremum suisse . vid. Illustr. Thomasius in Not. ad Tit. Inst. de Vf. fr. p. 156. & in not. ad D. Eodem p. 113. sq. Mirum igitur non est , Romanos voluisse ut ad intentionem constituentis præprimis in Usufructu respiciatur , cum passim in omnibus Tit. Tit. materiae Testamentariae appareat . quantum favoris roboris*

*Ratio I.*

*Ratio II.*

*Ratio III.*

*Auditur limitatio ex L. subseq. 16.* lex 16. immediate textui nostro subjuncta suppeditat; nimis nisi sit talis servitus, qua deterior non fit fructuari conditio, velut hanc: *Jus sibi non esse altius tollendi*; quæ servitus, in non faciendo consistens, si recte consideratur, a sola pendet proprietate: fructuarius enim, quemadmodum nihil prorsus mutare in substantia, ita nec altius tollere potest; consequenter nihil ipsi prjudicatur: Proprietarius vero constituens hanc servitutem nihil aliud promittit, quam se non altius tollere velle tunc, quando ususfructus ad proprietatem forsitan reversurus; nam pendente ususfructu per se non potest altius tollere. Quid si vero talem servitutem, qua fructuarii conditioni noceret, imposuerit proprietatis dominus? Causa distinguebant Romani; utrum hæres, antequam legatario possessionem ususfructus præstiterit, statim post aditam hæreditatem imposuerit prædio fructuario servitutem; an vero id factum, post separatum jam actu *Usumfructum* a sua proprietate. *Posteriori casu*, plane nihil egisse censemur proprietarius, cum jus minime habuerit alienandi id, quod pleno jure ad ipsum non pertinuit, consequenter, impositio talis *ipso jure nulla erit*. *Priori casu* aliter se res habet; cuius species ita concipienda est: Testator aliquem instituit hæredem, alii vero legavit usumfructum fundi Corneliani; is hæres, ante traditam legatario ususfructus possessionem (quam necessario & solemnitate requiri ex L. 3. pr. D. de *Vsfr.* constat) imponit fundo isto Corneliano servitutem; queritur, an subsistat hæc impositio? Et sane si res consideratur, uti in se est, jure quidem subsistere servitutem, actumque hunc, quemadmodum in casu precedente, *nullum dici neutiquam posse*, Romana postulat subtilitas; quod sic demonstratur. Qui plenum habet dominium, illius actus alienationis acquisitionis &c. validi sunt & subsistunt; hæres, antequam legatario usumfructum tradidit, pleno jure dominus erat, nam proprietas cum ususfructu conjuncta erat, (adhibe quæ *supr. Thes. II.* notav. occasione L. 12. §. 5. D. de *Vsfr.*) ergo jure fecit & subsistit id, quocunque constituit, ex effectu quod plenum dominium tribuit. Verum enim vero, cum hac ratione hæres, quicquid ipsi placaret, intra hoc tempus adi-

*Quod si impo-  
suerit serv. pro-  
prietarius, dissi-  
pitione respon-  
dum.*

ex hæreditatis, & tradendæ possessionis fructuaria, suscipere alienare posset, per quod deinde partim constituentis seu testatoris intentio corrumperetur & everteretur; partim legatarii seu futuri usufructuarii conditio deterior redderetur; hinc leges huic scil. usufructuario actionem ad id quod interest dedere, judicisque religioni injunxere, ut inspiciat, qualis ante judicium acceptum fundus fuerit. Sunt verba & Casus Pomponii in L. 2. D. si usufr. pet. quam vid. & add. interpret. Noodt. in c. l. p. 571.

## Thes. VII.

## Nec amittere a) servitutem.

Verba Textus.

a) Interdum fit, ut prædium fructuarium sit dominans, ipsi que debeantur servitutes, jam ante usumfructum constitutum fundo acquisitæ. Quæritur, an has proprietatis dominus, durante adhuc usufructu amittere, & prædum alterum, quod servit, liberare possit? Negat hoc simpliciter in nostra Lege Vlpianus; militibus rursus pro hoc casu iisdem tribus rationibus, quas paulo ante de prohibita impositione adduximus. Nimirum: Quicquid amittitur id rei toti decedit & alienatur; Alienare domino proprietatis tantum non competit. Si quid amittitur ab eo, quod usufructui inest, conditio fructuarii deterior redditur manifeste, quod rursus est prohibitum, (nisi sit talis servitus, qua non usumfructum sed solam concernit proprietatem, L. 16. D. de Usufr. conf. th. anced. limitatio; quamque, sicut libere imponere, ita & libere amittere potest proprietarius.) Denique, si servitutem amittit, evertit intentionem constituentis, qui hunc (non alium) usumfructum fructuario concessit, prout nunc est, cum omnibus suis emolumentis, iuribus, commoditatibus &c. ast aliis fieret, deficiente & amissa tali commoditate. Res igitur clara est. Quid *Quid si amitterit?* si vero contrarium fiat a proprietario, & hic servitutes amiserit? quemadmodum experiendum erit Usufructuario contra illum? Usufructuarium adversus proprietarium ad vindicandum usumfructum sibi debentem instituere posse confessoram ex L. 5. pr. §. fin. D. si usufr. pet. aliquaque variis textibus colligimus; Hinc,

C

quia

Proprietarius in  
præjudicium fru-  
ctuarii servit.  
amittere non  
potest.

An Fructarius  
a prædii servi-  
tutis domino  
serv. amiss. vi-  
discare possit?

quia hac actione instituta , fructarius omnia illa consequi debet , quacunque vel emolumenterum vel jurium nomine in constituto usufructu veniunt , nemo erit qui dubitet , competere ipsi eandem actionem ad vindicandam servitutem a proprietario , quam rursus consequi debet per consequentiam vindicati *Vsusfructus* , (ut verbis utar Noodii L. II. cap. XIV. p. 637.) Hoc vero tantum intelligendum de vindicanda a proprietario ipso servitute ; nam longe aliter se res habet , in vindicanda servitute ab ipso prædii servientis domino . Contra hunc usufructarius confessoriā directo instittuere in arte Juris Romani non potest per L. I. pr. & L. 5. §. 1. D. si ususfr. pet. nec ratio difficilis est , si ea quæ supra ad Tb. II. not. adhibere volumus ; nam quod rei debetur , nemo vindicare , vel (ut clarius loquamur) suum dicere potest , nisi rerum domini ; Totius autem rei dominus est , proprietarius , licet ususfructus alienus sit . L. 25. D. de V. S. ergo & solus quod fundo usufructuario debetur vindicare potest ; quod & intendit Vlpianus in L. 2. §. 1. D. si servitus vindic. Hec autem in rem actio confessoria , ait , nulli ali⁹ quam domino fundi competit , servitutem enim nemo vindicare potest , quam is , qui dominium in fundo vicino habet , cui servitutem dicit deberi . Interim , si forsan experiri vellet usufructarius contra prædii servientis dominum ex accidente quadam necessitate , hoc aliter efficere non potest , quam indirecte , hoc est , usumfructum vindicando , quod ipsi licet per L. I. pr. & L. 5. §. 1. modo citatas : directe vero , hoc est , tanquam qualitatem rei sue coharentem , nunquam vindicare potest servitutem ; nisi a Proprietario ad id constitutus sit , adeoque procuratorio nomine agat . Et hunc in modum conciliandi sunt textus citati cum L. uic. §. 4. D. de Remissionibus , ubi Vlpianus expresse scribit , Et fructuario vindicandarum servitutum jus esse , secundum quod opus novum nunciare poterit vicino : Ita enim , ut accipiatur verba , idem JCtus vult & explicat in L. I. §. ult. D. de Nov. oper. nunciat . Conf. de hac re Gothofredi not. ad dd. LL. M. A. Galvanus , illustris Jurium Roman. interpres , in Tr. de *Vsusfructu* cap. 36. G. Noodt . L. II. cap. XV. per totum , ubi in fine etiam loca Cujacii aliter de hoc passu sentientis deprehenduntur.

Thef. VIII.

*Thesis VIII.*

**Acquirere plane servitutem eum posse, etiam  
invito Usufructuario a), Julianis scripsit.**

Verba Textus.

a) Supra ostensum est, quid de melioratione vel a proprietario vel a fructuario suscipienda dispositum sit. Et quidem, quod proprietarium attinet, observavimus, leges plane tacere de hujus melioratione ob hanc sine dubio rationem, quia non praesumitur adeo liberaler fore proprietarium, ut meliorationi in re sua studeret, durante adhuc separatione fructuaria, quippe & illud, quicquid melioratum sit & additum, commoditati deinde fructuarii inserviret. Sed haec tantum de corporali mutatione in melius intelligenda; nam in incorporali melioratione adjectioneque jurium cessare istam rationem, palam est; & primo ideo, quia, acquisita servitute praediali, fundo meo nihil corporeum adjicitur, quod corruptioni & attritioni usus obnoxium esset, uti v. g. edificia: Secundo, quia fundi superficies non afficitur, ut fructuarii conditio deterior per istud reddi possit; quae etiam causa est, ut acquisitionis fieri possit *etiam invito fructuario*, quippe cui nihil interest. Affirmat itaque lex nostra, fieri posse per proprietarium, fundi sui meliorationem acquirendo servitutem praediale, tanquam qualitatem fundi: & hoc quidem sicut rursus ex Jure dominii, vi cuius fundum suum dicere, eidemque tales qualitates adjicere libere potest, quae legi fructuaria non sunt noxiae. Nec tenetur Proprietarius licet aliis ad removenda omnia ea, per quae in commodior fieret Usufructus, obligatus sit, L. 19. §. 1. D. de Usufr. & omnia adminicula præbere debeat L. 1. §. 1. D. si usufr. pet. ] talem servitutem noviter & intra tempus constituti usufructus acquisitionem usufructuario concedere, quod colligitur ex L. cit. 1. §. 4. D. Eod. cujus ultima verba hic spectant, scil. novas servitutes fructuario non esse prestandas, licet cum aliquo incommodo fruatur sine illis. Rationem hujus dat Lex 9. §. 4. D. de Usufr. ubi Vlpianus, de cessione insulae agens, ita denique subscrivit: Nam ubi latet incrementum, & usufructus augetur; ubi autem NB. appetet separatum, fructuario non accedit. Alt. appetet sane in hoc casu separatum,

Etiā invito  
fructuario.

nam servitus noviter acquisita, tempore constituti ususfructus nondum adfuerat, hinc prætendere illam fructuarius non potest. Deinde & hanc ex hactenus dictis subiungere possumus conclusiōnem; nimurum posse proprietarium servitutem ita acquisitam, invito fructuario rursus amittere, contra assertum universale theseos antecedentis; quæ exceptio tamen a regula non eget ulteriori demonstratione.

### Theſ. IX.

**Verba Textus.** Quibus conſequenter a) fructuarius quidem acquirere fundo ſervitutem non potest b).

*Quod jure domini licet proprietario, illud conſequenter non licet fructuari.* a) Conſequentia ex ipſo textu non adeo clare patet; ſed ex antecedente potius explicatione petenda erit. Diximus, proprietarium fundo ſuo qualitatē adjicere poſſe; dependere hoc a jure dominii, vi cuius fundum ſuum eſſe ait: ſervitutem eſſe qualitatē fundi ſeparabilem, & per quam deterior non redditur conditio fructuarii; hinc libere eandem acquirere proprietarium, invito etiam illo, arg. L. 16. D. de Uſufr. &c. Quid in fructuario? Dominus non eſt; fundum ſuum eſſe non ait; conſequenter eidem non acquirit. En conſequentiā Ulpiani!

*Rei acquirere sequit fructuarius.*

b) Simpliciter quilibet acquirere poſteſt, qui libertate ſua gaudet; Igitur & Uſufructuarius: Nec ſolum res corporales, ſed incorporeas quoque acquirendi facultas ipſi ſit, neceſſe eſt, alias enim hunc iſum uſumfructum, quem tenet, acquirere non pouiſſet. Verum de hoc sermo non eſt; Quaritū potius, an fructuarius talem rem incorpoream, qua immobili rei inharet, qualis ſervitus prædialis eſt, per ſe acquirere poſſit, licet prædium cui deinde inharet, ad alium ſpectet? Videtur affirmari id poſſe, ob ea, quæ ſupra ſcripſimus Th. IV. lit. d) occaſione L. 13. §. 4. D. de Uſufr. in hoc textu enim fructuario permittitur meliorare fundum dummodo melioratio & rei & conditioni proprietarii ſit conueniens. Ait manifestum eſt, acquisitionem ſervitutum eſſe talem meliorationem, quæ non poſteſt non eſſe & utilis cuilibet fundo, & grata cuivis proprietario. Hinc facile quis argumentari poſſet:

Qua-

Quæcunque melioratio in se pure est proficia, eam suscipere potest quilibet fructarius; atqui acquisitionis servitutum est talis &c. Ergo &c. Sed denegatur tamen hæc facultas fructuario in Lege nostra; quid ergo dicendum? Kursus ad prius dicta recurrentum, & subsumendum; Quæcunque melioratio in acquisitione constituit, & talis est, ut rei qualitas quædam per eandem adjiciatur; illam nemo suscipere potest, quam rei dominus, qui fundum suum dicere potest. Talis est Proprietarius; non vero fructarius. Res itaque salva est. Annon vero id fieri potest *procuratorio nomine?* Non dubitamus ob argum. L. I. s. ult. D. de Nov. oper. nunc. Verum ponamus, fructarium pro se & infcio proprietatis domino acquisitione servitutem, ita, ut prædi vicini dominus patiatur fructarium per fundum suum ambulare, ex fonte suo aquam haurire, &c. Sane hoc casu nihil aliud actum esse censendum, quam quod fructarius sibi soli speciale quoddam beneficium ac privilegium personale acquisiverit; cuius natura postulat, ut finito usufructu, etiam extinguitur privilegium, & neutiquam ad successorem sive proprietarium transeat, quippe non rei, sed personæ datum. Ejusmodi casus deprehenduntur in L. 4. in fin. & L. penult. D. de Servit. pred. rust. cum quibus conf. L. I. s. 43. D. de aqua cotid. it. L. 68. & 196. D. de Reg. J.

*Quia acquisitionis  
rei supponit Rei  
dominum.*

*Si acquifvit,*

*Jus personale  
tantum acquisitione  
viffse censetur.*

### Theſ. X.

#### Retinere a) autem potest b).

*Verba Textus.*

a) Constituto usufructu, eoque tradito ac præstito a Proprietario, non ſolum omnes fructus ex ſubſtantia percipiendos fructuarium accipere; verum etiam omnia illa jura ac emolumenta, per quæ commodior fit usufructus, ſatis ſuperque probatum eſt. Huc servitutes quoque pertinere, omnes fatebuntur. Has igitur tener, easque exercet eodem modo, quo Conſtituens illas exer- cuiſet (nam ſi aliter uteretur servitute, viamque per vicinum fundum prætenderet, cum iter tantum debeatur, ſalva erit fundi ſervientis domino Negatoria contra dominum dominantis h. e. Proprietarium L. II. D. Qu. serv. amitt. & arg. L. 2. D. Si serv. vind. cui deinde tenebitur fructarius non boni viri arbitratu utens, ex

*Per uſum fru-  
ctuarii ſervitu-  
tes proprietario  
retinentur eodem  
vigore, ac ſi ipfe  
uſus ſufficit.*

C 3

ſtipu-

stipulata satisdatione.) Neque prædii servientis dominus impediens debet fructuarium, quo minus utatur fruatur, etiam si non sit dominus dominantis, L. i. pr. D. Si usufr. petat. 1) quia idem est, si ipse dominus utatur fruatur, si id fiat ejus nomine per alium L. s. & L. 20. seqq. D. Qu. serv. amitt. 2) quia natura servitutis prædialis non vult, ut recipiatur ad personam, quæ utitur fructus hac vel illa servitute, sed ad rem & prædium adeoque cuius est prædii dominantis utilitas, ejus quoque est servitutis exercitium. Ex quo ultimo haec quoque quoque fluit conclusio, quod nimis proprietas dominus, durante usufructu, servitutem suo prædio debentem, separatim exercere non possit, licet servitutis ipsius dominus recte dicatur; nam quod per alium exercet, ipse rursus exercere eodem actu non potest, alias & prædio & persone serviret prædium serviens, cum tantum prædio deberet servitutem.

*Fructarius non  
solum potest sed  
& debet retinere  
servitutes.*

*Nec sola eum  
commoditas ex-  
cusat,*

b) Non solum posse retinere, sed & debere necessario, verba proxime sequentia docent; imo & natura negotii ipsius hoc postulat. Nam cum omnis fructus percipiendi facultas demta proprietario per constitutum usumfructum; servitus vero eum in finem acquisita sit, ut illi commodum inde accedit, qui utitur fructus prædio dominante; sane servitutum exercitium suspenderetur, consequenter omnes facile amitterentur (quod tamen illum, qui usumfructum constituit, minime voluisse præsumitur) nisi fructuariorum officio illud injungeretur, ut haec jura teneret salva ac tueretur proprietario, L. i. §. ult. & L. 2. D. Usufr. qu. cav. cuius conditio alias, restituto usufructu & ad proprietatem revertente, maxime deterior appareret, quod satisdationi a fructuario præstitæ & diametro contrarium esset. Ex quibus porro concludimus, quod etiam sola commoditas usufructuarium non excusat, quo minus servitute prædio fructuario debita uti potuerit. Verbi gratia: Si fructarius prædium aliquod vicinum haberet, quod plene & proprie ad ipsum pertinet, & per quod, tanquam primum, via ipsi commodior pateret ad fundum medium fructuarium, quam per ultimum fundum vicinum servientem; (qui casus non plane absimilis illi, qui continetur in L. 15. D. Qu. serv. amitt.) queritur: An tali casu, fructarius, commoditati sua consulturus, potius per suum prædium

prædium primum ad fundum medium fructuarium continuo ire agere possit, quam ordinaria via, per fundum ultimum servientem uti? & respondemus; quoniam ipse proprietarius, durante usufructu, servitudes prædio fructuario debitas, exercere non potest; usufructarius vero, sua commodiori via ad fundum fructuarium utendo, non uteretur per tempus amissioni destinatum servitutem ordinaria, qua deinde amissa proprietarii conditio deterior redderetur; palam est, teneri tali in casu fructuarium, cum sola ipsius commoditas non debeat nocere conditioni proprietarii. Aliud esset, si necessitas quædam interveniret, quæ impediret, quo *Nisi impedimentum accesserit.*

minus uti posset & exercere servitudes; nam necessarium impedimentum, ubi nulla prorsus concurrit culpa, amissioni locum non

debet ex L. 14. D. quemadmodum serv. amitt. & L. 34. §. 1. D. de serv. Pr. ruf. constat.

### Theſ. XI.

Et si forte, non utente fructuario a), furent amissæ b), hoc quoque nomine tenebitur c).

a) Quia per usum fructuarii servitudes retinentur proprietatio, itaque eidem negligentia ejus nocet & dominus serviens eas praescribere potest; nec exceptio proprietarii tunc valet, si forsitan alterius negligentiam fibi nocere non posse dicat; *Quod enim quis per alium facit, ipse fecisse censendus;* *Quod quis per alium neglexit, ipse negligisse putandus.*

*Fruſtuarii negligē-  
gentia nocet pro-  
prietario.*

b) Inter reliquos modos, quibus servitudes amitti possunt & finiuntur, usus intermissione quoque deprehenditur; adeoque si fructuarius (vel alius quicunque utitur, vel uti debet) non observat istud tempus a Legge ad amissionem definitum, prescriptio illius, qui dominus est prædii servientis, locum habet. Differentiam tamen plurimi Dd. adstruere volunt inter servitutum urbanarum prescriptionem & servitutum rusticarum; & quidem ob Legg. 6. 7. 32. §. 1. D. de serv. pr. urb. an recte, vel solummodo ob male intellectam

*Non-usu amit-  
tuntur ser-  
vitudes.*

lectam legem Scriboniam, disputat G. Beyerus in *Del. Juris Civ. ad Pand. Tit. de S. P. U. n. 8. § 9 lit. d. in not. conf. J. Rævardus in libr. sing. ad L. Scriboniam.* Cæterum, non obstante tali exceptione, manet salva regula; finiri servitutis nonus per tempus lege definitum; quod, quantum antiquitus fuerit, & deinde per correctionem Justiniani extensem, ex *L. 13. C. de Servit.* constat. Tres tamen potissimum deprehendimus in Jure Pand. limitationes: Unam in *L. 14. D. Qu. serv. amitt. & L. 34. §. 1. D. de Serv. pr. rust.* quando scil. legitimum adfuit impedimentum in utendo, quod efficit, ut prescriptio uti non valenti non currat. Alteram, in *L. 7. D. quemadmodum serv. amitt.* quo casu duplicatur tempus ad amissionem alias constitutum, si usus servitutum est discontinuus. Tertiam denique in *L. 4. D. eod. ubi*, vel quia raro ad sepulcrum iter fit; vel quia singularis locorum religiosorum favor conspicitur, ejusmodi servitutem non-utendo non extingui, dispositum est.

*Qua actione  
teneatur usufructuarius.*

*Duplex confide-  
ratus causas.*

*Ad quid tenea-  
tur in priori  
causa.*

c) Quia fructuarius necessario uti debet servitutibus praedium fructuario debitis, ne intereant hæc jura; per se manifestum est & Lex vult, si ita negligens fuerit, ut ejus culpa & non-usu amittantur, eum proprietario hoc nomine teneri. Qua actione? Existimamus ad duplum heic respiciendum esse casum; *Vel* enim amissio & defectus servitutum proprietario appetet, vivente adhuc fructuario & durante usufructu: *Vel* exstincta hac servitute personali seu usufructu finito. Utroque casu, ex quo fundamento proprietario agendum sit adversus tam negligentem fructuarium, distincte tradit Ulpianus in *L. 1. §. 6. D. Usufr. qu. cav.* Habet, inquit, stipulatio ista duas causas: unam si aliter quis utatur, quam vir bonus arbitrabitur; aliam de usufructu restituendo, quarum prior statim committetur, quam aliter fuerit usus, & sapienter committetur; sequens committetur finito usufructu. Ex stipulata igitur cautione usufructuaria suam desumit actionem contra fructuarium proprietarius; nam, quod priorem casum attinet, nemo negabit, eum fructuarium, qui servitutes praedium debitas amittit, non uti quemadmodum bonus paterfamilias, vel boni viri arbitratus; adeoque ex primo capite cautionis eum teneri. Verum ex his non appareat, ad quid? De hoc nunc videbimus. Dictum est, quemque fructuarium uti frui debere eum in modum, quem observasset quilibet bonus

nas paterfamilias ; Quoties igitur haec phrasis per modum uti simpliciter, in variis Legibus v. g. in L. 9. §. fin. L. 15. §. 3. D. de usufr. &c. obvia, deprehenditur, toties nihil aliud exprimit ea, quam ita uti, quemadmodum bonus paterfamilias uteretur, quod & Paulus inuit L. 1. sent. tit. 19. §. 3. & Lib. 3. sent. tit. 8. §. 30. Ex his autem factum est, ut nonnulli Interpretes existimarent, posse propriarium fructuario, si servitutes amiserit, adeoque non per modum usus fuerit, totum usumfructum adimere, & quidem ob textum §. 3. Inst. de Uſufr. in quo haec leguntur verba : *Finitur autem usumfructus morte fructuariorum & duabus capitulis deminutionibus maxima & media, & non utendo per modum & tempus : que omnia nostra statuit constitutio.* Ita enim argumentati sunt : Ille, qui non per modum unitur, amittit usumfructum ; fructuarios, servitutes non-utendo amittens, non unitur per modum ; ergo amittit usumfructum. Sed tantum abest, ut hoc concedamus, quin potius credamus, Romanos nunquam tam duros fuisse, ut quamlibet negligentiam statim amissione totius punirent ; multo minus Justinianum, quippe qui dicta constitutione (qua continetur in L. 16. C. de Uſufr.) usumfructuario potius succurrere voluit, tempus ad amissionem usumfructus antiquitus requisitum extendendo & prolongando. conf. L. penult. Cod. de Servit. Alia igitur debet esse interpretatio textus §. 3. Inst. de Uſufr. Sed Quænam ? Forsan hæc : 1.) Non dicit Imperator, finiri usumfructum non utendo sola aliqua parte, v. g. servitutibus, sed non - usu usumfructus *Totius & Universi.* 2.) Non vult, ut finiatur simpliciter non utendo per modum, sed per modum & tempus simul. 3.) Ad modum tantum per se parum respexisse Imperatorem, sequentia indicant verba : *Que omnia nostra statuit Constitutio*, scil. d. L. 16. Cod. de Uſufr. nam ibi *solum de tempore* disposuit, & jus antiquum, quod biennium & annale tempus ad prescriptionem servitutum statuerat, corrigere voluit. 4.) Sermo in §. 3. Inst. expresse est de jure quodam novo & correcto, cuius dispositio non facit ad explicationem juris antiqui Digest. cuius farinæ est textus noster fundamentalis §. fin. L. 15. Non igitur solitus fuit (ad minimum ante tempora Justiniani) usumfructus penitus tolli non utendo per modum ; P2. Ob antissam ser- ubi inter cæteras for- vitutem fructua- mas, quibus usumfructus extinguebatur, hanc minime numerat. tias non toto usumfructu pri- II.) ex argum. L. 14. & 25. D. Quib. mod. usufr. ubi usumfructuario, vandus eß. certa

certa parte per tempus definitum non utendo, *non totum amittit usumfructum*, sed illam ipsam tantum partem. III.) ex verbis supra cit. L. 1. §. 6. D. usfr. qu. cav. Et s<sup>e</sup>p<sup>i</sup>s commitetur, scilicet stipulatio, quando fructuarius non uteretur per modum vel arbitratu boni viri & patrisfamilias; nam si statim totus ususfructus toleretur ob quamvis deteriorationem, actio ex stipulatu contra fructuarium reiterari non posset. Applicemus nunc h<sup>a</sup>c ad amissionem servitutis pr<sup>a</sup>dialis a fructuario factam. Consideremus servitutem, tanquam partem totius ususfructus. De parte ususfructus non utendo amissa intelleximus dispositionem LL. 14. § 25. D. quib. mod. usfr. &c. nimur illam partem amittere fructuariu. qua non usus est, eamque revertere ad proprietatem. Dices, h<sup>a</sup>c minime quadrare, cum amissa servitus non recidat ad proprietatem, sed a Vicino pr<sup>a</sup>dio pr<sup>a</sup>scribatur? Sed respondemus, licet istam partem a fructuario amissam non recipiat, nec recipere possit proprietarius, attamen salva manet ejus actio ex stipulata cautione & quidem ex capite priori, ad estimationem hujus juris amissi, arg. L. 1. §. ult. D. usfr. qu. cav. & ad id, quod hoc nomine interest, ne ejus conditio deterior redderetur. Saltem privare toto usufructu non potest proprietarius fructuarium ob amissam servitutem, arg. cit. L. 1. §. 4. § 5. quod & satis in hac tenus dictis probasse existimamus. conf. imprimis Joh. Voetius Comment. ad Dig. Tit. quib. mod. usfr. l. us. am. num. 5. Noodt cit. Tr. L. 2. cap. 9. per tot. Quid si vero (ut ad alterum denique casum) servitus a fructuario amissa & neglecta non prius proprietario appareat, quam eo demum tempore, cum Ususfructus jam finitus & restituendus sit? Locum hec habet, ut supra dictum est, caput alterum cautionis usufructuarie; Caver enim fructuarius non solum, se boni viri arbitratu usorum, sed etiam restituturam, cum usufructus ad eum pertinere desinet, L. 1. pr. usfr. qu. cav. Restituere autem debet usumfructum *integrum*, prout fuerat ante acceptum judicium nec deterioratum & mutilatum; quis autem dicet integrum eum, de quo servitudes debita sunt sublate & amissa? ad quid ergo tenebitur tali casu fructuarius (vel si morte hujus finitus sit usufructus, ejus scil. h<sup>a</sup>redes?) Amissum restituere non potest, praescriptum enim illud est a pr<sup>a</sup>dii servientis domino. Res sine dubio ad estimationem rursus redibit,

*Ad quid teneatur in posterior accedamus) servitus a fructuario amissa & neglecta non prius proprietario*

*apparet, quam eo demum tempore, cum Ususfructus jam finitus & restituendus sit? Locum hec habet, ut supra dictum est, caput alterum cautionis usufructuarie; Caver enim fructuarius non solum, se boni viri arbitratu usorum, sed etiam restituturam, cum usufructus ad eum pertinere desinet, L. 1. pr. usfr. qu. cav. Restituere autem debet usumfructum *integrum*, prout fuerat ante acceptum judicium nec deterioratum & mutilatum; quis autem dicet integrum eum, de quo servitudes debita sunt sublate & amissa? ad quid ergo tenebitur tali casu fructuarius (vel si morte hujus finitus sit usufructus, ejus scil. h<sup>a</sup>redes?) Amissum restituere non potest, praescriptum enim illud est a pr<sup>a</sup>dii servientis domino. Res sine dubio ad estimationem rursus redibit,*

redibit, uti colligitur ex L. 1. §. 7. D. Us. qu. cav. quæ judicis reli-  
gioni merito relinquitur. arg. L. 2. D. si ususfr. pet.

### Theſ. XII.

Proprietatis dominus ne quidem conſen- Verba Textus.  
tiente fructuario ſervitutem imponere potest a).

a) Hæc diſpoſitio adeo diſſicilem habet rationem, ut non nulli ex perfectiſimis Juris interpretibus de ejus ſublimitate, mi- Mira eſt hec  
rabilitate, inperveſtigabilitate ac ſpinofitate conqueſti, ſuam in Jur. Rom. diſ-  
hoc paſſu ignorantiam fateri, quam Vlpiānum alicujus contradic- poſitio.  
tionis & peccati contra regulas æquitatis & reliqua juris principia  
accuſare maluerint. vid. Curt. in L. pen. D. de pad. n. 37. Pinellus  
ad L. 1. C. de bon. mat. Brunnemannus ad b. L. 15. n. 4. Stryck. in  
Uſ. mod. §. VII. in fin. Interim tamen non defunt Viri ſubtiliſſimi,  
qui etiam heic non patiuntur, ut quid JCTo noceat, ſed potius  
hanc diſpoſitionem in Juris Rom. principiis optime fundatam eſſe,  
ſibi aliisque perſuadent; inter quos preter Donellum L. 10. c. II.  
etiam ſape laud. Noodius cit. Tr. L. I. c. XV. Priuſquam vero  
ad hujus ſententiam exponendam nos accingimus, incidenter p̄-  
monendum eſt, nos plane non poſſe approbare illorum opinio-  
nem, qui, certa quadam interpuſione adhibita, ſe nodum  
hunc ſolviſſe ſibi blandiuntur; Ita nimirum legunt verba textus:  
*Proprietatis dominus ſervitutem imponere potest, NB. ne quidem conſen-*  
*tiente fructuario; h. e. licet non conſentiat fructuarius.* Sed quam  
parum ſolatiſſi ex hac inventione colligendum, vel falſe in exinde  
apparet, quia talis deinde diſpoſitio rurſus & communib⁹ Juris  
principiis, & ipſi textui ejusdemque verbiſ anteriorib⁹ contra-  
diceret; ibi enim expreſſe & ſimpliciter negatur, quod Proprie-  
tarius ſervitutem imponere poſſit, heic vero idem rurſus ſimpli-  
citer affiſmareetur. Taceamus inconvenientiam textus mox inſe-  
quentis 17. (qui eſt ex eodem Lib. 18. ad Sabinum depromta ex  
quo L. noſtra 15.) ubi talis facultas proprietario tantummodo con-  
ceditur, ex ſpeciali erga religionem favore. conf. que ad Th. VI.  
lit. b) not. Mittamus igitur hec, cum proſuſ nihil ad textus  
hujus

*Noodtii sententia proponitur.*

hujus illustrationem faciant; & videamus potius, quid de hac refentiat Noodtius, qui reliquos complectitur, sine dubio novissimus est & quoad subtilitatem interpres omni exceptione major. Hic. c. I. p. 570. ita scribit: *Illiad durius videtur quod porro ait Ulpianus d. l. 15. §. ult. Proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario, servitutem imponere potest. Adeo non ferunt hoc Eruditissimi Juris interpres, quin putant Ulpiano malam nocuisse manum, nec interim sunt contenti uno medicinae genere. At, meo iudicio, potuerunt parcer supervacue emendationes. Habet enim hec Ulpiani desinitio rationem juris non insubtilem: ea ratio est. Quod predicit Servitus est praedii qualitas, quam, si nocitura sit constituto jam usufructui, non potest dominus predio fructuario imponere: neque invito fructuario; quia non habet plenam proprietatem: neque consentiente; quia nihil facit consensu non habentis praedii proprietatem, neque solidam eo modo facientis, quandiu retinet usumfructum ab ea separatum. Optime Prudentius, Hamartenia:*

*Jus varium non est plenum: quia non habet alter  
Quicquid diffar habet: cumulum discretio carpit.*

*Putat igitur Noodtius, ideo imprimis hanc dispositionem in subtilitate Romana esse fundatam, quia 1.) nemo nisi plenus dominus potest rei qualitatem adjicere; qualis non est proprietarius: 2.) quia proprietarius non fit plenus dominus per consensum fructuarii, nam hic retinet suum usumfructum; adeoque defectus nihilominus manet, secundum ea qua supr. ad Th. II. in pr. jam fundamenti loco supposuimus: Concludit denique, impositionem servitutis non valere, accedente licet consenu fructuarii. Hanc suam sententiam ab reliquis objectionibus liberat, dum pauclo post ita scribit: Aliquis dicat, posse fructuarium juri suo renuntiare vel in totum vel pro parte: Et cum consentit domino imponenti servitutem, recedere ab usufructu, quatenus est contraria usufructui servitus, quomodo consentiens creditor pignoris renditioni, amittit pignus. Sed vereor ne non procedat hoc argumentum: Imo arbitror esse tale pactum ad hoc inutile, ut proprietario fiat ius constituda servitutis. id vel inde intelligitur: quod ut dicat fructuarium, se consentire impositioni servitutis; ob id non facit domini plenam proprietatem: non*

*Objectionem  
primum ipse  
Noodtii solvit.*

non enim hoc pacto perit ususfructus, neque eo solida sit proprietas, quia eam sic solidam facere non potuit, servantibus formam iuris, quo ususfructus certis finitur modis: inter quos est in jure Cessio domino proprietatis facta, pactum conventum non est. Nil facit argumentum desumptum a consensu creditoris hypothecae alienationi consentientis; tollitur enim hypotheca nudo consensu: sicut eo constitutur. Sed ususfructus habet modos certos, quibus constitutus & finitur, inter quos nuda patatio non est: ut dixi. Requirit igitur Noodtius Cessionem, si proprietario iure esse debet ad constitutandam servitatem; talem vero non apparere in fructuario ad servitutis impositionem consentiente, sed tantum pactionem nudam palam est: ideo & objectionem de pignore cum consensu cruditoris vendendo hue non pertinere existimat. Ad aliam deinde objectionem ex subsequente L. 16. desumptam (ubi dicitur, qua deterior conditio fructuarii non fiat, licet proprietario servitatem fundo imponere: ex quo concludi forsan posset; ergo per illud, in quo consentit fructarius, ejus non sit deterior conditio) ita responderet Noodtius: Qui ibidem I<sup>c</sup>tum de tali servitute, quemadmodum allatum exemplum testatur, quæ ad proprietatem quidem respicit, sed ad usumfructum non pertingit, quod bene distinguendum vid. annot. ad Tb. VI. lit. b) nam si servitus & proprietatem & usumfructum afficit, tum, sive interveniat fructuarii consensus, sive non interveniat, non posse eam a proprietario imponi fundo fructuario. Et sane speciosius ad defendendam Ulpiani dispositionem nihil expectari potest. Addamus & nos unam adhuc objectionem, eandemque ex Noodtii nostri principiis resolvamus. Suppedit istam Stryckius in Us. mod. c. l. & quidem ex L. 4. §. 12. D. de doli mali & metus except. ubi Ulpianus expressis verbis ait: Subsistere venditionem, si proprietarius fundum volente fructuario vendiderit. Quapropter facile quis ita argumentari posset: Cuicunque competit majus, illi etiam competit minus: Proprietario competit majus, h. e. vendere cum consensu fructuarii; Ergo etiam imponere servitutem cum consensu ejusdem; quod palam minus est. Sed respondemus ex Noodtii regulis: Ubi appetet Cessio totalis, ibi incipit dominium plenum proprietarii; atqui in consensu de alienanda tota re. v. gr. vendenda, appetet totalis Cessio a fructu-

*Nec non alteram.*

*Tertia additur  
& refolvitur.*

rio facta, ergo incipit tunc proprietarii dominium plenum, quod ipsi alienandi facultatem tribuit. Ast apparente hoc in consensu de imponenda servitute? nonne retinet nihilominus fructarius suum usumfructum? Sane proprietarii dominium, etiam si hic consensus se exserat, tamen manet imperfectum, minus plenum, consequenter insufficiens ad alienandum, &c. Parum affuit (ut verum fateamur) quin ob heic allata Noodio assensum praebuerimus plenissimum. Verum enim vero, (prater ea, qua Noodio, ubi de creditore in venditionem pignoris consentiente loquitur, facile opponere possemus) adhuc duo præcipua dubia restant, qua nobis persuadent, esse nihilominus aliquid in hac Ulpiani dispositione, quod reliquis Juris Romani principiis aliquatenus contradicit, adeo, ut vix illa subtilitas ad ea concilianda sufficiat. Primo enim manifeste apparet, ludere Noodium cum vocabulis *Consensus* & *Cessionis*, sibique ad partiale aliquam alienationem, partiale non sufficere cessionem imaginatur. Nos vero dicimus, ubique in Jure Romano id observari, quoties unius rei condominia occurunt, & ab illa re pars tantum alienanda est, toties nunquam requiri plenariam cessionem sed tantum partiale; h. e. consensum ad alienationem partis necessarium. Patet hoc ex L. 2. D. de *Servitutibus*, ubi quidem unus ex dominis communis prædii servitutem imponere prohibetur, neutiquam vero si alter in impositionem consentit. Neque etiam ideo alterius domini plena cesso requiritur. Dices forsitan, distinguendum esse casum, ubi condomini simul imponunt servitutem, qualis est casus L. 2. cit. non de illo, ubi unus ad alterius actum consensu suo tantum accedit, qualis casus heic est de usufructuario ad proprietarii impositionem consensu suo accedente. At respondemus, ergo se aperte exserit iusus in vocabulo *Consensus*: Sive enim co-impono (ut ita loquar) sive per consensum & renunciationem mei juris, tantum juris alteri tribuo, quantum ad actum suum confirmandum necessarium est, unum forsitan, idemque erit in effectu; licet Romani passi non fuerint, ut de fructuario prædicetur, illum imponere servitutem vel fundo qualitatem adjicere posse, quia hic effectus tantum ipsi, qui dominium habet tribuitur, v. g. Proprietario. vid. supr. Th. IX. lit. a). Quid si ergo

*Subtili interpretationi Noodii  
duo tamen maxima obstant  
dubia.*

*Primum,*

si ergo dicamus? consentiente fructuario in proprietarii impositionem, revera deinde plenum dominum imponere servitutem, quia usfructuarius & proprietarius simul dominum plenum representant. Uterque consentit in hoc Jus alteri Tertio concedendum; Uterque aliquid de jure suo in favorem Tertii remittit: Quis erit, qui prohibebit talem impositionem? Non dominus futuri predii dominantis; hic enim impositionem petit, & hujus utilitas per acquisitionem servitutis augetur. Non Proprietarius; hic enim pronus est ad impositionem, dummodo fructuario consentiret. Non Fructuarius; quia hic quoque consentit. Non Judex; quia quilibet liber est rerum suarum moderator & arbiter, adeo, ut in tantum juri pro se introducto renuntiare possit, quantum nulli Tertio id praedicit. Quis ergo? Deinde, dices forsan & argumentaberis ulterius pro defendendo Noodtio, ex L. 105. D. d. R. J. Si ille, qui per se alienare nequit, nec alii alienanti consensu suo accedere potest; sequitur, quod & usfructuarii consensu ad proprietarii impositionem accedens nihil faciat: Atqui verum est prius, ergo & posterius. Sed respondeamus cum Gothofredo in Comm. ad b. L. sermonem ibidem non esse de tali impedimento Consensus, quod ex qualitate rei proficiuntur, sed ex qualitate personæ, cui vel ætas, vel rationis defectus, vel aliud quoddam obstaculum resistit, quo minus consentire possit; Adeoque & hoc argumentum nihil huc facere credimus. Sed accedamus denique ad Alterum dubium: ad quod ansa nobis data est per ea, qua Celeberrimus Auctor Bibl. Hall. P. XXXIII. p. 193. in Extract. Opp. Noodtii adduxit. Nimurum urgeat præprimis Noodtius (quemadmodum id jam monstratum est) Cessionem, ad servandam juris formam; sibique fingit, impossibile esse ut Proprietarius possit fieri capax ad alienandam partem, nisi ea adsit; cum speciale pactum ad hoc non sufficiat. Sed ostendit laud. Auctor, quod, licet pactum, secundum Jurisprudentiam Romanam, heic simpliciter non sit admittendum; tamen ideo non statim ad omnimodam cessionem confugiendum sit. Supereft adhuc NB Stipulatio; per quam tantum Juris valide concedere & transmittere potest fructuarius, quantum ad alienandam partem proprietario necesse est. Quapropter, si istud negotium,

Secundum.

quo

*Praxis videt  
subtilitatem.*

quo proprietarius a fructuario consensum de libera impositione servitutis exposcit, per modum stipulationis concipitur, quis est qui dubitet? valide illud subsistere, salvo etiam Jure usufructuario, h.e. ita, ut necesse non sit totum Usumfructum solvere, & ad proprietarium per totalem Cessionem transmittere. De cætero verum id quidem est, quod Brunnemannus, Strykius, aliquie fatentur, frustra, quoad praxin hodiernam, quemlibet se cruciare circa hanc subtilitatem; cum Mores nostri doceant, consentiente fructuario, proprietarium omnia in fundo suo facere posse, quæcumque ipsi placebunt; Adeoque hanc Legem Romanam vel prorsus abrogatam, vid. Grænvvegen, *LL. abrog.*

*ad L. 15. D. de Usufr. n. 3. vel nunquam fuisse receptam.*

*vid. Schilter. Exerc. XVII. per tot. imprimis vero*

*tb. 44. 45. § 46.*

## F I X I S.







Altdorf, Diss.; 1719

ULB Halle  
004 548 175


3



f

Sb.





pri. 8. viii. m.

Q. D. B. V. 1712

# SERVITVS IN SERVITVTE

SIVE  
**DISPOSITIO LEGIS XV. s. VLT. DIG.**  
**DE VSVFRVCTV ETC.**

# EX JURE CIVILI ROMANO EXPLICATA

EST

MAGNIFICI  
JCTORVM ORDINIS  
CONSENSV

**PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE JVRE  
HONORES**

IMPETRANDI  
PVBLICAE DISQVISITIONI  
SUBMISSA

D. XX. JVNII, A. O. R. M DCCXIX.

# M. GEORGIO FRIEDERICO DEINLINO

ALTORF.

LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.

